



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 13. Impurus & saltator sacerdos, fulmine prostratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

ro, ut fulgur, gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & his, qui oderunt me, retribuam. Quod in hostibus suis etiam David expertus dixit: Tonabit de caelo Dominus: & excelsus dabit vocem suam. Misit sagittas, & dissipauit eos; fulgur, & consumpsit eos. Quod An. Christi 1222. in quodam Saxoniae teatro, non sine tragico luctu, spectatum est, vbi subitum fulmē homines adeò viginti, momento absumpsit; vt, leuissimo elemento, grauissimè punirentur obscenæ leuitatis amatores; solus Sacerdos euasit, qui cæteris tamen, ob scandalum, plus videbatur, peccauisse. Sed saepe Deus Sacerdotibus parcat propter ordinem: sicut legitur de Aarone, quem non percussit lepra, sed sororem; cum tamē non legatur, sorore minùs peccasse: vel fortè, in eo, aliquid boni, Deus prauidit, propter quod illi pepercit. Quod verò aliquando, ob huiusmodi leuitates, Deus, Sacerdotes puniat, praesto est exemplum; ait idem author, cuius verbis ipsa sinceritate à fabula vindicatis, vtile fuerit plura hîc apponere.

§. XIII.

*Impurus & saltator sacerdos, fulmine eastratus.*

*Est villa, in Episcopatu Treuirensi, Elisatia Idem Au-*

D 4

voca-

ehor cod.  
lib. 10.  
cap. 29.

vocata, inquit, in qua, anno praterito, quartâ  
feriâ, ante natiuitatem sancti Ioannis contigit,  
hoc grande ac terribile miraculû. Sacerdos loci,  
Henricus nomine, dum sederet in taberna, fa-  
cta est intemperies aëris maxima, quo festinan-  
te, cum Campanario suo, in Ecclesiam, cû cam-  
panas pulsarent, creuit & tempestas, & nebula,  
& inenarrabilis strepitus aëris, in Ecclesia, ve-  
hemensq; repente ietus turbinis prostrauit ut-  
rumque, Clericum scilicet, & Campanarium,  
ita quòd Campanarius, sub Clerico, jacebat.  
Campanarius verò in nullo laesus est, Clerico  
extincto, cuius genitalia exusta sunt, reli-  
quo corpore intacto, qua filius eius accurrens,  
calcando extinxit, & auulsit. Ex quo patet, for-  
nicatorem illum fuisse. Vestimenta verò eius ita  
sunt lacerata, vt nulla particula cohereret soli-  
da parti, nec solida essent; exceptâ illâ particulâ,  
in qua dependere solebat manipulus, in sinistro  
brachio: sed stiualia sua, qua noua erant, ita sunt  
dilacerata, ac si fuscinulis dissipata essent, solea  
verò sic sunt fracta, ac si in aqua feruida fuis-  
sent decocta. Campanarius verò, in maximo ti-  
more & stupore jacens, vidit demones insultum  
facientes in Ecclesia: sed & capsula, qua erat  
post altare, prosilyt super altare, & apertura fa-  
cta

Haec est in eâ, quæ adhuc ita remanet. Sancti vero, quorum reliquæ ibi sunt, egressi fortiter resistebant demonibus, & factum est, inter Sanctos & demones, vehementissimum certamen: tandem devicti demones, cum corpus Domini asportare non possent, partem tecti secum abstraxerunt. Refert idem Campanarius, quod corpus Sacerdotis, usque ad tectum turris, sub quâ simul pulsantes steterant, & sub quâ prostrati jacebant, violentia demonum aliquoties fit raptum, sed beneficio Sanctorum relapsum. Aiunt, Clericum eundem tunc de novo acquisivisse coronam chorifando, quam quasi victor, juxta domum, suspendit, ut ibi stulti homines luderent, duceretque choreas. Subiungit, his narratis, Apollonius: Sicut in hoc Sacerdote considero, in laceratione vestium atque calceamentorum, Deus puniuit superbiam; sic in exustione genitalium luxuriam. Respondet Cæsarius: bene sentis, quia sæpe pœna respondet culpa. Hoc etiam scire te volo, & probare exemplo, quod sicut Deus, ut dictum est, malos per fulmina, atque tonitrua de cælo punit, ita per eadem aliquando bonis succurrit. Dixit quidam: Multa, ex quo fuerint comoda, eius incommoda aequum est ferre. Comoda ergo ignis cum sint plurima, nemo debet de illius in-

commodis conqueri. Quanquã pro incommodo habendũ non est, si igne cœlestis iudex reos plectat, cùm eãdem opera vel moneat, vel defendat innocentes. Tradunt operas mutuas, Iustitia & Misericordia Numinis. In quam rem pergit Author.

## §. XIV.

*Monachus fulmine, contra militis rapinam, defensus,*

Idem lib.  
cod. cap.  
30.

*Richuvinus cellarius noster, cùm die quadam, tempore discordia inter sæpe dictos Reges, de Colonia exiret, non procul ab urbe, plures armatos, ex latere strata publica, in suis dextrarijs, sedere conspexit, quibus visis, cùm satis timeret, unus ex eis cursu rapacissimo ad eum veniens, equum eius per frantum tenuit; quem his verbis superbe allocutus est, dicens: Domine Monache, descendite, oportet me habere equum istum. Vix verba finierat, & ecce, Dominus, non verbo, sed tonitruo pradoni, pro seruo suo, respondit. Nam, cùm, totã illã die, nulla fuissent audita tonitrua, ictus tã validissimus inopinatè personuit, ut equus satellitis genibus terrã peteret, & ipse nutantis tergo vix inhaereret: moxq; manũ à frano monachi retrahens, ait satis humiliter: Ite in pace, bonus enim vir estis, cui ille regratians letus processit, diuinitus se liberatum*

*recog-*